



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XLIII. Romana renunciationis. De eadem materia captatoriæ, quando
adesse dicatur, adeout vitiet testamentum; Et an detur captatoria in
renunciationibus, seù donationibus, aliisque actibus inter ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

dif. 17. & seqq. contineret etiam captoriam, quod ab olore dicendum non est; Ideoque advertebam quod omnia, quae hincide de captoria discurrebant, essent à casu extranea, atque continentur manifestum aequivocum, ac terminorum confusionem.

Difficilis autem, quae super hujusmodi dispositionibus cadere potest, non consistit in captoria, sed in eo, quod gravamen excedere non potest emolumen:um, ideoque honoratus gravari non potest in bonis propriis, ultra id quod sua inter si honorarum esse, ac ad limites emolumen:um ex discus-
sis per *Peregr. dicitur cons. 63. lib. 4.* & habetur *disci-
pulo titulo de fideicommissis;* Vel ob eam rationem, ob quam captoria infactio habetur, quod scilicet ita libera testandi facultas admiratur, ut quoties est de universa honoraria hereditate dubitat *Peregr. de fidei-
comm. art. 33. num. 49. cum sequen.* Verum hæc diffi-
cultas cessabat in prima institutione *Marchionis Horati,* dum gravamen restrictum erat ad bona avita

tantum præsentia, & futura; Quoverò ad propria, & uxoris, persecutiebat delata de tempore successionis, & sic remanebat facultas testandi de bonis futura; Et ultius dum testator loquebatur de bonis, hinc pro iusti: nendo actu, & restringenda obligatione, re-
stè dici poterat, ut non venirent jura, & actiones, upotè tertiam speciem constituentia, ut in puncto adveritur per *Peregr. d. cons. 63. num. 7. & 8. lib. 4.* Atque ad effectum substituendi donationem omnium bonorum, & ne sublata dicatur libera testandi fa-
culty, firmatur in *Tudertina donationis 17. Iunii 1652. coram Cero decif. 273. par. 11. recen.* & in sua materia *sub utr. de donatione.*

Eademque responsione dici poterat, ut tolleretur difficultas respectu aliorum successivæ vocatorum, quoniam licet gravamen esset de omnibus bonis præ-
sentibus, & futuris, sub ei tam non veniebant
jura, & actiones, tanquam de tercia specie ut supra; Verum de hoc casu dubitari posse observabam, dum istorum respectu testator se non restrinxerat ad folium vocabulum *bonorum*, sed alterum magis generale adjecerat *facultatum*, quod in numero plurali prolatum, universam substantiam complexivam, ne-
dum bona, sed etiam jura, & actiones importare dicitur *Robuff. in l. verbum 37. vers. facultates in plu-
rali ff. de verb. signis. & ex Tiraquell. in l. si unquam verbo bene num. 12. & aliis;* Et in specie, quod hoc vocabulum upotè importans universam hereditatem, admovere dicatur facultatem testandi, dixit *Rota in Eugubina testamento 28. Iunii 1652. coram Cero;* Verum hoc, maturiori inspectioni relevatum fuit, quando casus veniret, cum in præsenti ageretur de substituendo primam institutionem di*cti Marchionis Horati*, in quo dicta ratio cessantis facultatis testan-
di non urgebat.

Cæterum etiam respectu aliorum ponderabam, quod ubetiam dictum vocabulum *facultatum* importaret universam eorum substantiam, non per hoc tamen dici poterat, ut omnino sublata esset facultas testandi, dum illam juxta disposita per eundem testatorem exercere poterant inter descendentes eorum, aliosque vocatos, unum vel plures instituendo, & gratificando, alios verò, vel in toto, vel in parte excludendo; Ubi enim prohibito, vel restrictio non est præcisa ad certas, ac determinatas personas, sed remanet dispositio libertas inter plures incertos, quamvis de certo genere, tunc non dicitur sublata facultas testandi, sed solum aliquiliter restricta, ut in terminis pacti de succedendo *Soccin. jun. cons. 143. num. 39. cum sequen. lib. 1.* Et habemus de conditio-
nibus aucteris, vel restringentibus matrimonii li-

Pars I. de Testam.

berratem, quod improbor non reputantur illæ, quæ percipiunt certum genus, intra quos libertas remaneat exercibilis, ut habetur *sub utr. de matrimonio, ac sub altero de fideicommissis, præterim in Bonon. de Guido-
tus dif. 44. & infra dif. 73. & alibi;* Quæ tamen omnia discursivè insinuabantur motivandi gratia sub reservatione maturioris judicii.

Præterea, idem objectum removeri posse obser-
vabam, ex eo quod testator ita disponendo, relatio-
nem habuerat ad primogenitum ordinatum in domo Barberina, cum declaratione, ut valere deberet, eo meliori modo, quo posset; Ita vero clausula ac-
cedente, tunc utile per inutile non vitatur, sed inuti-
li vitiat, actus remanet utilis, ideoque obligatio restricta censetur ad bona præsentia, atque proportionata commodo, ut adverturnt *Soccin. d. cons. 143. num. 11. & 28. lib. 1. Gabr. cons. 137. num. 23. cum sequen. lib. 1. Bellon. jun. cons. 22. num. 8. cum sequen. Fontanell. de past. clausul. 4. glof. 21. par. 2. num. 42. cum sequen.*

Credebat aliqui, ut ad captoria exclusionem suffragari posset auctoritas *Rote apud Moped. decif. 6. de testamentis;* Verum hæc auctoritas à casu controverio extranea era, dum ibi dubitabatur de validitate dispositionis, ut potè collatæ in alienam voluntatem, unde decisio utitur termino captoriae per improprietatem, ac juxta eum sensum, in quo erroneè antiquiores illum acceperunt, in primo, & secundo casu exemplificatis in *d. decif. 350. par. 6. recen. & decif. 23. par. 11. recen.* Hac autem omnia remanerunt in simplicibus terminis discursus in con-
gressu, dum Sribentes pro oppositoribus agnoscen-
tis motivi insubstantiam, illud (ut supra insinua-
tum est) neglexerunt, totaque controversia post mo-
dum, me præterim nimium cooperante, cum quinque ex sex oppositoribus per concordiam finem ha-
buit.

ROMANA. RENVNCIATIONIS.

PRO

VALENTIA DE VALENTIBUS
CVM

HÆREDITATE PHILIPPI pariter
DE VALENTIBUS.

*Discursus pro veritate in casu postea decisio
per Rotam pro hæreditate.*

De eadem materia captoria, quando ad-
esse dicatur, adeout vitiet testamentum;
Et an detur captoria in renunciationi-
bus, seu donationibus, aliisque actibus in-
ter vivos.

SUMMARIUM.

*1 F*acti series.
2 In dispositionibus factis pro erectione primoge-
nitura, seu alias favore agnationis non re-
quirunt solemnitates statutaria.

3 De dispositione captoria.

*4 Captoria non datur in donationibus, & actibus
inter vivos.*

5 Quæ verò, & propriè datur captoria.

6 Excluditur captio à casu controversya.

DISCURSUS

De LUCA
De
Testamentis
et ceteris
GVI
S

DISCURSUS XLIII

Agnoscens Philippus de Valentibus ex primariis Urbis negotiatoribus, se hydropsie penè incurabili morbo affectum, morti proximum esse, volensque (prole destitutus) de fatis pingui assi, cum ejus industria patro, pro libito disponete, ad favorem tamen ejus agnationis ac filiorum, & decedentium procreandorum à germanis fratibus, quorum aliquos à successionis commmodo exclusos esse intendebat; Ut evitaret dicti afflis scissuram, quam ex legis necessitate pati oportebat ob legitimam Valentiae matr' verisimiliter supervivere debenti relinquendam, obtinere curavit ab eadē matre renunciationem dicto juri legitimæ, cum facultate liberè disponendi de toto, eidem assignata solum quadam menstrua congrua præstatione vitalitatem pro ejus nimis decenti substentatione, dictaque renunciatione facta suit, sub assertione certiorationis voluntatis disponendi de integræ ejus hereditate ad favorem agnationis, ac personarum sibi dilectorum; Sequuo autem ad paucos menses ejas obi: u cum testamento, in quo primogenituram ordinavit ad favorem descendentiū, prius ex uno, deindeque ex altero germano fratre; Hinc reliqui duo, ut potè omnino forsitan neglegti, dictam dispositionem ægrè ferentes, atque affectantes, ut ob ejus nullitatem locus fieret intestare successioni, vel sicut iuri a sequendi legitimam matr' debiram, ex ipsis persona judicium instituerunt in Rota coram Othobono super dicitæ renunciationis nullitate, ob non servatas solemnitates statutarias, vel ob falso statutem, seu ineptiam causæ, atque proposita causa sub die 24. Iunii 1649, contraria prodit resolutio superactus validitate ex pluribus fundamentis, ex eo præsertim (ob quod hac resolutio, ac sequens coram Cerro, ut infra sunt notabiles) quod scilicet in renunciationibus, aliisque actibus, qui sunt ex prudenti, ac pio, & laudabili motivo erigendi primogenituram, atque conservandi bona integra pro agnationis decoro, solemnitates statutarie non requirantur, tanquam ex cœlaniæ lassione, quod est principale hujusmodi Statutorum motivum, ut liquet ex decisione desuper edita inter impellas eiusdem Othobon. decis. 182.

Emanata ad formam dictæ decisionis sententia, introductaque per appellationem causa in eadem Rotæ coram Cerro; In hoc statu, ex parte Valentiae, ad causam circa initia suscepit Advocacionis evocatus fuit, atque in congressu Advocatorum, qui juxta laudabilem stylum habitus fuit pro directione; Aliqui ex his partis defensoribus, cum magna pompa, & apparatu deducebant motivum captatorię, tanquam novum, ac peregrinum, quod cœlici ita Valentia captare voluerit dictam integrum hereditatem ad commodum descendentiū, auferendo Philippo renunciatario liberam facultatem disponendi de bonis suis, juxta terminos text. in l. illæ autem institutiones ff. de hered. inst. l. captatorias C. de milit. testam. utrobique DD. de quibus Suarez in tract. de captatoria, Gratian. discept. 908. decis. 272. par. 4. recent. tom. 2. decis. 350. par. 6. recent. cum aliis, quæ per eos cum longissima allegationum farragine deducabantur, ac habentur dis. præced.

Motivum mihi non placebat, ideoque non laudabam, ut deduceretur, meæque sententia adhæbat unus doctissimus senior, sed quoniam majori parti placuit deduci debere, ita sequutum fuit, eventus autem probavit malum consilium, quoniam

restictiā principali, ac ferè totâ disputatione ad istud motivum, alia forsitan probabiliora (ut frequenter contingit) parum discussa fuerunt, unde sub die 23. Martii 1650, prodit resolutio in prioris sententia confirmationem, ut patet ex decis. 23. par. II.

Non laudabam igitur motivum; Tum quia captatoria non datur in donationibus, & actibus inter vivos ad text. in l. cum donationis Cod. de transact. ubi DD. de quibus Seraph. decis. 359. num. 8. cum sequen. & num. 23. (licet istud motivum utporè ab alterius partis defensoribus non deducatur, in decisione non adsit) Tum etiam quia nullatenus dici poterat, quod renunciatio prædicta continebat vitium captionis, quod tunc verè, ac propriè adesse dicitur, quando disponit quis de bonis suis ad alterius favorem, ut isto modo, ad sui vel alterius sibi bene visi beneficium, accepitur, atque capter hereditatē ejus, cuius favore dispositionē fecit, ut juxta modernorū veriorem intellectum firmant post alios ab eis allegatos, Duran. in tract. de condit. & demonstr. impress. post ejus decisiones par. 3. cap. 5. num. 4. & sequen. Seraph. decis. 359. num. 12. cum sequen. Martin. And. decis. 75. num. 14. cum aliis, de quibus dis. præced.

Aliæ siquidem captatoria species distinctæ in secunda hujus causæ decisione coram Cerro decis. 23. par. 11. recent. & prius d. decis. 350. par. 6. recent. ex antiquorum claro æquivoco sub isto vocabulo tractantur, ut potè omnino incongruo, quoniam dicuntur potius contineare dispositionem in alterius voluntatem, seu placitum collatum, ut in proximè allegatis, ac etiam dis. præced. (& de quibus aliis species habentur alia dis. sequen.) ideoque pernec. si requiritur ex parte disponentes illa turpitudine, per quam, cum præmixtæ affectione, vel cum pœna comminatione, ex quadam latiū causativa necessitate, cogereur quis invitus disponere de bonis suis ad alterius favorem.

Id autem in præenti dici non poterat, quoniam Valentia non fuit prima motrix, vel ordinatrix hujus captatoria dispositionis, neque id per viam conditoris, vel modi adjectis, sed tantum futuram sibi communicata dispositionem à filio faciendam, euincivit pro justo, ac rationabili motivo, ob quod ipsa impellebatur ad hujusmodi renunciationem faciendam; Et clariss. quia nihil dedit de suo jam quæsito, minusque ejus patrimonium diminuit, sed solum remisit ius querendum evenitale, quod ob ejus præmoriens poterat non competere, ita se à futura acquisitione abstinentio, sive absolvendo filium ab eo legali vinculo, quo alias denebatur, non disponendi de toto, tanquam per remissionem obstatuli, eodem modo, quo filius cum cautela nuncupata Socini, se absinet ab asequitur legitiꝝ, quam alias parti superstites liberari ab omni fideicommissi vinculo obtinere posse, ideoque justæ, beneque fun-

datae viæ sunt resolutio. PISAU.